# TOPICA IVRIS SIVE LOCI ARGVMENTORVM LEGALES,

AVTHORE D. NICOL. EVERARDO à Midelburgo I. C. C L. magniq; Senatus Belgici apud Mechliniam olim pręſide.

*Summarijs ſingularis præfixis illuſtrati, ac P. Prateij adnotatiunculis doctiſſimis ad marginem adſcriptis locupletati.*

Nunc verò ſumma diligentia recogniti, non paruoque labore emendati à R. P. M. LIVIO à Lege Ven. Auguſt. Sac. Theol. Doct.

*Multis etiam eiuſdem induſtria, Superiorum licentia locis expunctis, quorum lectio pij, & Catholici lectoris animum haud parum offendere poterat.*

Cum duplici Indice copioſiſſimo.

es de don Antonio Ramirez de [illegible]

VENETIIS, M D LXXXVII.

Apud Hæredes Alexandri Gryphij.

Coll. Soc. Jesu Salm.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

# PRAEAMBVLA
## D. NICOLAI EVERHARDI, MAGNI SENATVS Belgici Præſidis,

## *In locos argumentorum legales.*

### SVMMARIA IN PRAEAMBVLA ſeu præfationem.

1 *Loci appellantur ſedes quædam e quibus in rem quamuis confirmandam vel refellēdam neceſſaria vel probabilia ducuntur argumenta.*

2 *Argumētum eſt quicquid quocunq; modo rei dubiæ de qua diſputatur, fidem facit.*

3 *Arguendo & diſputando veritas inuenitur.*

4 *Textus legis vel canonis eſt locupletiſſimus teſtis.*

5 *Textus legum & canonum aliquando allegantur in argumentum, aliquando autem ſimpliciter.*

*Virtus legis conſiſtit in inductione, adaptatione, ſeu applicatione.*

7 *Argumento cognoſcitur quod liquido conſtare non poteſt. In incertis, non in certis locus eſt coniecturis.*

8 *Indicia probabilia, & præſumptiones violētæ in quibus ſufficiunt.*

9 *Singularitas in teſtibus quando toleratur, neque vitiat corū teſtimonium, & quando.*

10 *Argumentationis quatuor ſunt ſpecies, ſcilicet ſyllogiſmus, enthymema, inductio, & exemplum, & quæ ſint earum diffinitiones.*

11 *Libellus procedit omiſſo medio, quando aliàs ſubauditur & præſumitur à iure, & eſt quaſi quidam ſyllogiſmus.*

12 *Inductio quid, & quis eius vſus.*

13 *Iuriſconſultus quærit de iuſto & iniuſto.*